



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus Iuridico-Politicus De Iure Superioritatis Ac
Summa Potestate Rom. Pontificis**

Wesseling, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1662

X. Rvdolphvs II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64514)

pibus, & Septemviris dedisset, & Comitia pro salute Imperii jam ferè ad finem perduxisset.

X.

RV DOLPHVS II.

Maximiliani II. filius natus Viennæ anno 1552. Romanorum Imperator electus, & coronatus anno 1575. continuè contra magnum Turcam bellis detentus, crebrò hunc immanem tyrannum prostravit opulentiæ victoriis recreatus. Hujus ævo novum *Calendarium Gregorianum* à Sede Apostolica introductum fuit: magna rerum experientia, ac cœlestis vitæ exemplo præluxit. Sub ipso summa pax, & tranquillitas fuit in Imperio, nullæ externorum Principum confœderationes, sed unus omnium animus, magna subditorum Principum erga eum obedientia, & externorum Regum honor, & respectus, à magno Turca magnus Christianorum Imperator appellatus. Hujus in Aula Imperiali diem suum obiit famosus Astrologus *Tycho Brahe*, qui mira ipsi de Turcis prædixit. Obiit hic pientissimus Cæsar Pragæ an. 1612. postquam 60. annos vixisset, & 37. feliciter imperasset.

N 3

XI. MAT-